



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè
proponuntur

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066391

Stimulus 4. Conscientia Dubiæ Remissionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45462

Stimulus IV.

Conscientia Dubia remissionis.

Isa. 1.15.

Scriptum est monitum quibusdam, pœnitentiibus licet: *Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaveritis orationem, non exaudiam.* Narrat quoque Sacra Historia de quodam pœnitente & dicente,

2. Mach. 9. *Justum est, subditum esse Deo, & Mortalem non parat Deo sentire.* quid ad pœnitentiam defuisse huic putes? audi tamen quod sequitur. *Orabat autem scelestus hic Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* Vide Judam traditorem. *Nonne pœnitentiā ductus, retulit argenteos, & projecti*

Matt. 27.15. templo, & confessus est. *Peccavi tradens sanguinem justum?* Nihilominus laqueo se suspendit. Denique proniūs est invenire tales, qui innocentiam conservaverunt, quām qui post peccatum dignam pœnitentiam egerunt. Unum Davidem invenies, qui postquam dixit *Peccavi*, audivit

2. Reg. 12. 13. *Dominus transtulit peccatum tuum à te.* At Caimos, Saulos, Antiochos, Judas quām plurimos, quo-

Matt. 7. 21. rum pœnitenda & impœnitens fuit. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum,* neque omnis qui dicit mihi, peccavi, affequitur remissionem peccatorum. *Est enim*

Eccl. 19. 23. non unus, qui se nequiter humiliat: *interiora autem ejus plena sunt dolo.* Vel quia non peccare metuit, sed ardere; vel quia pœnitentiam agit, non quia peccavit, sed quia peccare jam nequit, vel quia licet pœniteat, tamen affectu ad peccatum adhæret, atque in procinctu est, ut canis ad vomitum redeat: vel quia pœnitendo plus damnna sua, quām injurias Dei deplorat. Non que-

quælibet ergo pœnitentia, est pœnitentia, sed *Prov. 16. 11.*
 multæ sunt pœnitentiæ, pœnitendæ. Quare cau-
 tæ ambula, & vide, ne aliquando, ne sæpè te
 pœnitentiam agente, fuerit in spiritu tuo dolus.
 Saltem nunc charitas te pœnitere invitet, chari-
 tas pœnitere doceat, charitas tecum pœnitentia,
 charitas peccata expendat, charitas exhorreat,
 charitas defleat, charitas erubescat, charitas de-
 testetur, charitas exurat, charitas operiat, chari-
 tas expiet, charitas ab animo, ab effectu, in æ-
 ternum proscribat, charitas ex nunc absque di-
 latione mortem peccatis indicat & inferat. Pro-
 trastinantem enim pœnitentiam charitas vera
 non novit, sicut lux tenebras, aut vita mortem;
 sed sicut ad exortum lucis nox fugit, ita ad præ-
 sentiam charitatis, peccata de corde præcipitan-
 tur & eliminantur.

Stimulus V.

Conscientia timenda remissionis.

D Avidi pœnitenti dictum est, quod Dominus
 transtulisset peccatum suum ab eo: nihil
 omnis additum est illi. *Verumtamen quia fecisti 2. Reg. 12. 13.*
*blasphemare inimicos Domini propter verbum (pec-
 catum) hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.*
 En peccatum dimissum, & tamen quasi non di-
 missum esset, castigatum est; & causa addita,
quia fecisti blasphemare inimicos Domini. Grandis
 causa, formidanda causa, paucis, & raro nota,
 paucioribus æstimata causa. Nota erat Davidi
 remissio, & tamen timenda fuit remissio. Quid
sanctius Moysé, Aarone, & Samuele? priorum
 duorum defectum coram Domino novimus,
 postremi nullum omnino legimus, & tamen de-

M 2

omni-